



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Idem contra hæreticos ex veteri, & nouo testamento monstratur. c. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)



ostendimus disp. 18. cap. 1. loquimur autem de Christo, quem filium Dei appellat, sicut paulo ante eodem Psal. Filius meus es tu, &c. Deinde cum dicitur, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, in Hebraeo non est, Dominus, sed verbum, irascatur refertur ad filium, quare cum 70. Dominus, addiderunt, filium ipsum significarunt esse Dominum Deum, de quo etiam intelligitur illud cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo quae omnia manifeste filij diuinitatem praedicant, tanquam persona a Patre distincta.

cile euanescent. Iam ergo cum alijs haereticis dimicemus.

DISPUTATIO CIX.

An Verbum seu Filius sit eiusdem naturae cum Patre.

Quam haereticis diuinitatem filij negauerint, c. 1. Diuinitas & equalitas Filij cum Patre contra haereticos ex Scripturis probatur. c. 2. Eadem veritas ex Patribus ostenditur. c. 3. Argumenta Arrianorum, c. 4. Ad significandum Filium & Patrem esse eiusdem naturae, recte vti Ecclesiam nomine dicitur, Homosios, hoc est, consubstantialis. c. 5.

CAP. I.

Quam haereticis diuinitatem negauerint.

Inter eos, qui tres personas apud Deum confitebantur nonnulli fuerunt haeretici, qui de earum natura non bene senserunt, & primum quidem de persona filij dixerunt non esse eiusdem dignitatis, & substantiae cum patre, sed creaturam Deo inferiorem, eamque in tempore incepisse. Recentiores aliqui hunc errorem falso adscribunt Ebioni & Cerintho, falluntur tamen. Hi enim haeretici solum docuerunt CHRISTVM non esse Deum, vt constat ex Ireneo libro primo, capite vigesimo quinto & 26. ex Philastro in suo libell. de haeres. ex Epiphano haeresi 18. & 30. quod sane possent affirmare Ebion & Cerinth. etiam si tres personas Trinitatis equals in natura concederent.

Author huius erroris non fuit. Ebion.

I. Ireneus.

Hanc heresim tribui Orig. falso tamen.

Epiphano. August. Orig.

Quare nec illi contra Trinitatem, nec contra aliquam personam illius docuisse videntur. Eandem haeresim tribuunt Origeni vti grauisimi, Epiph. in Epist. ad Ioan. Episcopum Hierosolym. quae inter Epistolas Hierony. est 60. idem etiam haeresi 64. Theophilus Episc. Alexan. in suo pascal. lib. 7. August. lib. de haeresi cap. 43. eo quod dicebat Origenis, vt ipsi testantur, ita esse absurdum asserere patrem videri a filio, sicut filium ab Spiritu sancto: aiebat praeterea filium comparatum sanctis hominibus, esse veritatem: sed si cum patre confertur, esse mendacium, vnde colligebat, filium non esse orandum.

Athanas.

Ruffin.

Verum Origenes lib. 1. Periarthon cap. 2. & cap. 3. multis probat, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum equals esse, & eiusdem naturae, & c. 3. post medium sic ait. Porro autem in Trinitate nihil minus, minusve dicendum est, quae sunt verba Athanasij in symbolo: multa alia similia habet lib. 7. in Epistolam ad Roman. quocirca idem Athanas. in Epistola de decretis Nycenae Synodis vti testimonio Origenis contra Arrianos, & ait: nullum ex antiquis patribus pro hoc errore ab Arrianis allegari potuisse. Fateor quidem Origenem in euangelium Ioannis 3. tom. circa finem, non tam recte de filio Dei fuisse locutum; sed forsitan illa verba inserta etiam ab aliquo Arriano fuerunt: aut, vt ait Vincentius Lirinensis. si ipse cum Arrianis non sensit; illis tamen causam erroris praebuit. Origenem defendunt praeter Ruffinum, alij Patres apud Socratem lib. 6. histor. ca. 15. & ex recentioribus Picus Mirandul. in apolo-

Marginal notes on the left side of the page, including references to various biblical passages and authors like Ioan. 5, Psal. 120, and Theologi vero nostri temporis.

Handwritten red ink markings on the right side of the page, possibly a library or collection stamp.